



Quod si sesquiquartum sesquitercio auferas. id quod relinquitur medietatem sesquiquarta non efficiat: Idemq; in ceteris

**DEMONSTRATIO PERIMPOSSIBILE. DYAPASON INMULTIPLICI GENERE ESSE**

**A**genunc ad diapason consonantiam redeamus. Quod si ea non in multiplici genere inaequalitatis. ead& insup particulare inaequalitatis genus. Sit igitur sup particularis proportio diapason consonantia. Auferatur ab ea continua consonantia id est diapente. relinquitur diatesseron. Bis igitur diatesseron minus uno diapente. & ipsum diatesseron. non implet diapente consonantiae medietatem. quod est impossibile. Monstrabitur enim bis diatesseron. tono a semitono consonantiam diapente transcendere. Quocirca. ne diapason quidem insup particulari inaequalitatis genere poni potest.

**DEMONSTRATIO DIAPENTE DYATESSERON ET TONU. INSUPER PARTICULARI ESSE**

**R**estat igitur. ut diapente a diatesseron & tonum. insup particularitate ponenda esse monstremus. Nam & si id in prima quoque probatione. ea qua diapason insup particulari genere non esse ponendam monstrauimus. id quoque quodam rationis modo perclaruit. singillatim tamen de eo aediligentius pertractemus. Nam si insup particulari quis has habitudines ponendas esse non dixerit. inmultiplici genere fatebitur collocandas. Nam insup partenti. ut ceteris mixtis. cur poni non possint. super id ut arbitror explanatum est. Ponantur igitur si fieri potest. inmultiplici genere. & quoniam diatesseron consonantia minor est. diapente maior. diatesseron duplici. diapente uero triplici proportionis multiplicitate appetitur. Verisimile est enim. ut est consonantia diatesseron consonantiae diapente continua. ita si diatesseron in duplici statuatur. diapente in continua duplici poni. id est triplici. Totus autem quoniam in habitudinibus. musicis. post diatesseron locatur. nimirum in ea proportione ponatur. quae est minor duplici. Haec autem. inmultiplicitatis genere. non potest inueniri.

Restat igitur. ut insuper particularitatis habitudinem cadat. Sit igitur prima. id est sesquialtera toni proportio. Nam si duplicem auferamus triplici. quod relinquitur sesquialtera est. Quod si diatesseron quidem duplex est. diapente uero triplex. sublatumque diatesseron a diapente. tonus fit relinquitur. nullo modo potest. quoniam tonus in sesquialtera debeat proportione constitui. Sed duae sesquialterae proportionis. duplicem uincunt. quemadmodum ex arithmetica instructus sibi potest quisque colligere. Duo igitur toni diatesseron superabunt. quod est inconueniens. Diatesseron enim. duos tonos semitonii spatio transcendit. Non igitur fieri potest.

Dixi in omni sup particulari transire ac si tenuis proportio or auferet que e minor ne qd relinquitur n pueniat ad medietate illius proportionis que detrahitur. Si igitur diapason sup particularis generis esse cu auferet ab ea tonus e sonantia it diapente relinquitur diatesseron tunc ipsa diatesseron ad medietate diapente n pueniat qd tamen alio e. na diatesseron duob; tonis e sonantia diapente trib; tonis e sonantia nec plus uno tono super diapente diatesseron

dubitari

